

ecclesiasticas, aliter seculares personas salutamus. Item ecclesiasticarum multe sunt differentiæ. Nam aliter salutamus honore fulgentes, aliter nulla dignitate sublimatos, aliter canonicos, aliter monachos, aliter episcopos, aliter abbates; alium laudamus de sapientia, alium de religione, alium de utroque. Secularium personarum similiter nonnullæ sunt differentiæ. Nempe aliter patrem, aliter fratrem, aliter sororem, aliter filium, aliter propinquum, aliter extraneum, aliter^a nobilem, aliter^a ignobilem, aliter^a sapientem, aliter^a principatus^b habentes, aliter^a nulla dignitate utentes salutamus.

Salutatio simpliciter ad clericum

a) 'a.' Hs. b) 'principatu' Hs.